

stantiae omnes; sicut primo dixi qd actus substantiatum cōiungunt potentias et obiecta: & consequenter o fidelis in celo est finis: unum de suis pricipiis: qui finis est causa finium corporalium & naturalium: cum signis & planetis bonitate & magnitudine uirtute et aliis principiis: quae sunt partes celi. ita qd per finem celesti sunt priuationes mors et fines rerum in inferioribus: ut confinia terrarum et regionum de quibus loquuntur astronomi diuersa in esse: et finis qui est perfectio in inferioribus est sicut in generatione natuitas hominis: uel fructuum uel animalium: et in mercatura lucrum: in scientia scitum: et in amare amatum: et sic de aliis similibus: et cum similiori maiorem perfectionem: ut putari aries maiorem finem perfectionis habet per calorem de aq per siccitatem cum sit maior melior: et firmior per uirtutem et qualitatem propriam qd per appropriatam: cum in a siccitas se habet ad finem caloris: cum ergo mars sit iunctus cum ariete: siccitas martis tendit ad finem caloris arietis. et econtra maiorem finem et nobiliorem perfectionis habebit qd si Iuppiter iunctus esset arieti: quoniam tunc Iuppiter haberet appetitum ad priuationem siccitatis arietis. quoniam per humiditatem est contra finem caloris arietis: et quando uenus cum ariete coniunctus est tunc uenus est contra finem arietis et magis per frigiditatem qd per humiditatem. cum fortius contrariantur per qualitates proptrias qd per appropriatas. et hinc est qd aliquae res sunt de contrariis finibus & aliquae de finibus concordatis: & qd aliqua tendunt ad unum alia ad contraria: secundum qd signa stellae: & planetae sunt contra suos fines in complexionibus & aspectibus & influentiis: aut secundum qd habent concordiam inter se uel per contrarietas eorum in finibus per b.c.d.a.e.f.g. & etiam per alia principia quae sunt in inferioribus: cum aliisquam sunt supra: & in hoc passu multum consistunt iudicia astronomie quae omnia debet respicere finem perfectionis aut priuationis rei ut cognoscatur uictoria in complexionibus & constellationibus significantibus regnum: quoniam aliquando una constellatio apparenter unum significabit & si bene considerentur contrarietas oppositum iudicabit: ideo arige aures in iudicando. F. Video ex istis solutionem ad multa quae in inferioribus appareret: dic mihi si potes quare est qd multotiens inter sodales eiusdem professiois humi